Exhortatio hæc est verè singularis ac plena ardoris et arrogantiæ. De quâ vide Echard in *vitâ Savonarolæ*, et Tournon *histoire des hommes illustres de l'ordre de St. Dominique, impr. à Paris* 1746, in-4°. Tom. III, ubi fusè vita, gesta, ejusque dissentiones cum Franciscanis enumerantur. O tempora! ô mores!

Tria hæc volumina constituunt collectionem sermonum celebris hujus Dominicani.

30 Examina di fra Hieronimo di Nicolo Savonarola da Ferrara dell ordine de Predicatori facta di lui dalli spectabili et prudenti huomini comessarii et examinatori delli excelsi signori Fiorentini. *Anno domini* 1498, *die VIII Aprilis*. In-4°.

Terminatur brevi uno Alexandri Papæ VI *dato Romæ die XI Aprilis* 1498, his duobus verbis *utilitati publicæ*, et cum signaturâ *c* 3; opusculum originale longèque rarissimum, quod exhibet finem et exitium tragicum illius Dominicani.

31 Poesie d'Antonio Thebaldeo. *Stampat. in Modena da Domenico Rocociolo* 1498, *adi* 13 *Ottobre*. In-4°.

Post folium subscriptionis extat aliud exhibens *epigramma Francisci Rococioli Mutinensis*, ex octo versibus.

EDITIO ORIGINALIS ET ELEGANS. Vide Debure N°. 3480.

Libri sub anno 1499.

1 Astronomici veteres. *Aldus* 1499. In-fol. m. v.

EXEMPLAR ELEGANS.

Vide *Bibliogr. instr.* N°. 1972. Non video cur in hoc exemplari habeatur folium immediatè ante subscriptionem, exhibens lilium Philippi Giuntæ Florentini Typographi.

Folio primo recto leguntur tituli omnium auctorum collectionem hanc constituentium. Exemplar completissimum, sed compactoris inadvertentia transposuit signaturam *h*.

2 Sacri canonis missæ expositio in alma universitate Tuwingensi ordinarie lecta divisa in 89 lectionibus, *quæ terminata fuit in universitate Tubingensi anno* 1488, *quarta Novembris*, *de novo verò impressa expensis Friderici Meynberger in vigilia Santi Andreæ anno dñi* 1499.

Fridericus ille Meynberger bibliothecarius erat Tubingensis, ut constat ex epistolâ Wendelini Stambach ad eum *datâ ex Tubingensi Gymnasio*

anno 1499, quæ præmittitur indici. Vide David Clément, Tom. IV, pag. 235, ubi fusè de hac editione et aliis discurrit.

3 Dictes Cretensis de historia belli Trojani et Dares priscus de eadem Trojanâ. *Venetiis Christophorus Mandellus de Pensis* 1499, *Kalend. Martiis*. In-4°.

Versio hæc e Græco tribuitur Septimio Romano; editor verò fuit Franc. Faragonius. Prima hujus editio est *Messanensis anni* 1498.

4 Dioscorides de materiâ medicâ, Nicandri Theriacâ, et Alexipharmacâ. In-fol. Græcè.

In fine Nicandri legitur : *Venetiis apud Aldum mense Julio M. ID.*

EDITIO PRINCEPS.

Præmittitur textui folium unum epistolæ Aldi ad Hieronimum Donatum, quæ *data est Venetiis anno* 1499, *octavo Idus Julias*. Habet signaturas et custodes. Editio princeps. Latina extat in Mugliabechianâ Florentiæ cum hac subscriptione : *explicit Dioscorides quem Petrus Paduanensis legendo correxit et exponendo quæ uti-*

liora sunt in lucem deduxit, impressus colle per magist. Johan. de Medemblich anno xpi millesimo LXXVIII mense Julii.

Ex eodem charactere quo Oppianus Collæ impress. anno 1478.

5 Epistolæ diversorum philosophorum, oratorum ac rhetorum, numero quinque et triginta, (ut verbis Aldi in præfatione utar.) In-4°. Tomi duo.

In fine ultimi legitur : *Venetiis apud Aldum mense Martio I M. ID ; cum privilegio, ut in cæteris.* Tomo primo præmittitur epistola Aldi ad Codrum Urceum *data anno* 1499.

EDITIO PRINCEPS ET ELEGANS.

6 Heures à l'usage de Toul. *Imprimé en* 1499, *le* 20 *de Décembre pour Simon Vostre libraire demeurant à Paris.* In membranis. In-8°. cum figuris, m. r.

Cum litteris quas *bâtardes* appellant ; et figuræ ligno incisæ sunt.

7 Marci Musuri ethimologicon Græcum. *Impr. Venetiis Zacharias Calliergi* 1499. In-fol. m. r.

Exemplar elegantissimum in chartâ maximâ. Vide *Bibliogr. instr.* N°. 2226.

8 Opere di Marco Veronese cioe confessionario per spiritual persone. In-4°.

In fine legitur : *impresso in Bologna per Zan Antonio di Benedetti citadino Bolognese nel* 1499, *adi* 28 *de Setembro.*

Terminatur cum signaturâ *e iij.*

Precepti da orar devotamente.

Complectitur 10 folia sub signaturâ *f.*

De la fortezza sermone a Fiorentini p. don. Marco nel 1494, la terza Dominica di Pasqua. non pero cum Tutte le allegatione che allora fece per letterati.

Complectitur signaturas *g* et *h.*

De le donzelle Spechio spiritual fructuoso, etc.

Complectitur signaturas *i l*, et tria folia tantùm *m.*

Alle Done Giovane admoniton del Me-

demo. Epistola del medemo contra gli Balli ad Camillam Strozzi.

Ex quinque foliis: *data anno* 1493, *ex Abbadia Fesulana.*

Stimulo de amar dio el proximo sermone contra la Mensogna over Busia Dato. *Adi ultimo de Aprile* 1499.

Collectio hæc opusculorum Marci Veronensis ex ordine Canonicorum Sancti Augustini. Terminatur unâ laude *di Feo Belcari Fiorentino*, et cum signaturâ *o*; foliorum octo.

Rarissimum est hanc completam reperire collectionem quæ prodiit Bononiæ anno 1499.

9 Baptistæ Mantuani prima et secunda Parthenices, et alia carmina. *Venetiis Jacob. de Leucho* 1499, *die X Septemb.* In-4°. m. r.

10 Le Pélérinaige de l'ame. *Paris ant. Vérard* 1499, 27 *Avril.* In-fol.

11 Joannis Pici Miranduli aureæ epistolæ. *Impress.* (*Paris*) *Michel le Noir* 1499. In-4°. m. r.

12 Plautinæ viginti comediæ emendatissimæ cum interpretatione Petri Vallæ Placentini et Bernardi Saraceni Veneti. *Impressum Venetiis per Simonem Papiensem dictum Bevilaqua anno humanitatis xp̄i* MCDXCIX. 15°. *Kal. Octobr.* In-fol.

Post registrum est index mendorum corrigendorum.

13 Poliphili hypnerotomachia (auctore Francisco Columnâ.) *Impr. Venetiis Aldus* 1499, (sed cum subscriptione falsâ *Tarvisii* 1467, *Kalendis Maij.*) In-fol.

Opus completissimum; de quo vide Debure N°. 3766, qui addere potuisset primum folium signaturæ *a*, habere folio recto titulum operis, et folio verso dedicatoriam epistolam Poliphili Poliæ.

14 Angeli Politiani opera cum præmissâ Aldi Manutii epistolâ ad Sanutum. *Impress. Florentiæ et accuratissime castigatum opera et impensa Leonardi de Arigis de Gesoriaco die decimo Augusti MID.* In-fol.

Una est reimpressio editionis Aldinæ *anni* 1498, habens etiam signaturas et custodes.

15 Propertii poetæ elegiarum opus exaratum Parhisiis. *Opera Michaelis Tholose in vico Amigdalorum, et Dionisii Roce anno dñi milles. quadring. nonages. nono die vero sexta* X^bris. In-4°.

16 Expositio ac meditatio in psalmo *miserere* fratris Hieronimi de Ferraria (Savonarola), ordinis Prædicatorum. *Impressum Auguste ꝑ Johannem Froschaver XCIX.* In-4°. Goth.

Huic adjungitur *psalterium* ejusdem circiter temporis.

17 Simplicii commentaria in cathegorias Aristotelis. *Impr. Venetiis Zacharias Cagliergi* 1499. In-fol. Græcè.

Editio hæc Græca splendida, rarissima apellatur apud Arvood et Pinelli in *prospetto di varie editione degli auctori classici.* Ex editione Venetâ 1780 pag. 120.

18 Suidæ lexicon Græcum. *Anno* 1499,

die 15 Novemb. Mediolani impensa dom. Demetrii Calcondilæ Joan. Bissioli Benedicti Mangii Carpensium. In-fol. Tomi duo, m. bleu.

Sub ordine signaturarum continentur duo folia quæ Suidæ textum præcedunt. Vide Debure N°. 2237.

Exemplar elegantissimum et miniatum.

Libri sub anno 1500.

1 Orationes multifariæ a Philippo Beroaldo editæ et recognitæ cum nonnullis poematibus. *Impress. a Benedicto bibliopolâ anno* 1500, *Calendis Novembribus.* In-4°.

Inter orationes illas præcipuæ sunt sequentes:

Oratio de re Rustica, de amore, de historiâ, de laude poetices, de laude eloquentiæ et Ciceronis, de inventione litterarum, de musicâ, de rectore scholastico.

Oratio ad Tribunos Plebis.
Panegiricus ad Ludovic. Sphorciam.
Nuptiæ Bentivolorum.
Oratio Nuptialis.
Historia ex Boccacio conversa, etc...

2 Benedicti Cæsenatis de honore mulierum carmina in linguâ Italianâ libri IV, cum gratiâ et privilegio. *Impress. in Venetiâ per Bartholamio de Zani da*

Porteso anno dom. M. CCCCC. *die sexto mensis Julii.* In-4°.

3 Jodoci Badii Ascensii stultiferæ naviculæ seu scapphæ fatuarum mulierum: circa sensus quinque exteriores fraude navigantium cum præfatione Jacobi Wimphelingii datâ Argentinæ 1502. *Impressit Honestus Johannes Pruss civis Argentinensis anno salutis* 1502. In-4°.

4 Regula musicæ planæ venerabilis fratris Bonavent. de Brixia ord. Minorum seu Beviloquium musicale. *Accuratissime impressum per Angelum Britannicum sub die III Septembris* 1500 (*Brixiæ.*) In-4°.

Cantus musicales notantur.

5 Problemata Aristotelis variæ questiones cognosci admodùm dignæ et ad naturalem philosophiam potissimùm spectantes. Insuper ipsius Aristotelis vita et mors, carmine quidem descripta et adjecto

adjecto commentario declarata. *Impr. Parisius pro Alexandro Alyate commorante ante collegium Marchie anno* 1501, *die II mensis* 7^bris^. In-4°. Goth.

6 Claudii Claudiani poemata ex editione Thadæi Ugoleti cum prefixâ ejus epistolâ. *Impressit Venetiis Christophorus de Pensis anno* 1500, *die* 23 *Maij*. In-4°.

7 Martiani Minei Felicis Capellæ Afri Carthaginensis de nuptiis Philologiæ aliaque opera. *Impressus Mutinæ anno salutis* M. CCCCC. *die XV mensis Maij per Dionysium Berthocum*. In-folio, m. v.

Folio recto legitur index operum in volumine contentorum, et ex altera parte extat *epistola Berthoci Typographi ad Episcopum Aretinum.*

Editio prima, completa et elegans.

8 Dell anima devota opera di Jacobo Poggio dicata Camillæ Bentivolæ virgini della religione di sta clara. *Impr.*

Bononiæ Plato de Benedictis anno 1500, *die* 28 *Martii*. In-4°.

Ultima signatura *l ij*. Habet folium unum erratorum libri.

9 La vita de la beata Chaterina da Siena per Nicolo de Burgesi Cavalieri Sanesi ad August. Barbadico duce Veneto. *Impr. Venetiis per Albertinum Vercellensem anno* 1501, *die* 16 *Junii*. In-4°.

10 Opere del Thebaldeo de Ferrara cioe sonetti 283 dialogo I. Epistolæ III. Egloghe IIII. Disperata I. Capitoli 19. *Impresso in la cita di Venetia per Mæstro Baptista de Sessa nel anno* M. CCCCC. *adi XII de Septembrio*. In-4°.

11 Georgius Valla de expetendis et fugiendis etc..... edente filio ejus Petro Valla. *Impr. Venetiis in Ædibus Aldi Romani mense Decembri*, *anno* 1501. In-folio, Tomi duo.

12 Antonii Mariæ vis domini, et Gui-

donis Rangonii opuscula varia prosaica et poetica. *Impressum diligenter Bononiæ per Caligulam Bazillerium anno* 1500, 12 *Calend. Apriles.* In-4°.

Libri omissi in utrâque parte hujus indicis.

1 Sancti Thomæ Summa de articulis fidei et ecclesiæ sacramentis. In-4°. m. r.

Ex 14 foliis. Pagina ultima 27 linearum ; et in fine legitur : *explicit summa de articulis fidei et ecclezie sacramẽtis edita a fratre Thoma de Aquino ordinis fratrum p̄dicatorum.*

Imprimitur cum charactere minori quo utebatur Petrus Schoyffer, Moguntiæ, anno 1467.

2 Y sette salmi del poeta Dante. In-4°.

Constat ex 10 plagulis tantùm. Prima est 26, et ultima 14 linearum. Paiton *Biblioth. degli auctori volgarisati*, folio V°. pag. 223, testatur auctores semper ignorasse impressionem hujus opusculi *di Dante*; undè pro rarissimo et originali debet haberi. Colligabatur cum *Fiore di virtu, anni* 1474, et videtur esse ejusdem anni.

Editio princeps.

3 Psalterium Davidis. In-18. m.

In fine legitur : *explicit psalterium impressum per me Joannem de Westfalia.*

Paginæ habent 17 lineas, et altitudinem duorum pollicum cum dimidio; et folia signantur; hoc est, littera alphabetica progressivè in infimâ parte folii primi tantùm imprimitur, ita ut quælibet sub se octo folia contineat. Ad tardiùs exiguum volumen illud prodiit, anno 1480, Lovanii. Nonnulli voluere bibliographi antè annum 1480, non prodiisse libros ex formâ in-8°.; sed contrarium probat hoc volumen, sicut et duo sequentia, quorum primum extat in bibliothecâ domini de Choisey, Dolæ in Sequanis: *Diurnale, seu liber precum, impressum in membranis per Nicolaum Jenson Gallicum, anno* M. CCCC. LXXIV. *feliciter.*

Quævis pagina habet 12 lineas, et calendarium occupat 16 folia; secundum verò hìc sequitur:

4 Diurnale seu liber precum. *Venetiis* 1478, in membranis, formæ in-24, m. c.

In fine legitur: *expliciunt officia B. M. Virginis. mortuorum. crucis. spiritus sancti. nec non septem psalmi pænitentiales. Impress. ꝑ Andreã. 8 Palthascichiis Catharensem die XX Aprilis anno dñi* M. CCCC. LXXViij; quælibet pagina habet 12 lineas, et calendarium occupat 16 folia.

Non tantùm ergò libri in 8ª. formâ, sed etiam in minimâ, ut patet, prodierunt ante annum 1480.

5 Valerii Martialis epigrammata. *Impressum Mediolani impensis Philippi de Lavagnia civis Mediolanensis anno* M. CCCC. LXXVIII. In-fol.

Præmittitur etiam operi *epistola Plinii ad Cornelium Priscum.* Habet signaturas.

6 Quadragesimale di frate Roberto, in volgare. In-fol.

In fine legitur : *finice el quadragesimale del novello paulo frate Roberto facto ad complacenza della sacra mæsta del re Ferdinando impresso nella citta di Firenze per mæstro N.* (*Nicolao*) *nel* M. CCCC. LXXX. *adi primo d'Aprile.*

In hac editione Toscanâ videtur Robertum Caraccioli novum sanctum Paulum appellari ; volumen autem signatur ab *a* ad *o.*

7 Consilio di Marsilio Ficino Fiorentino contro la pestilentia. In-4°.

In fine legitur : *impressum Florentiæ apud sanctum Jacobum de Ripolis* M. CCCC. LXXXI. *Laus deo et gloriose virgini Marie.*

Terminatur cum signaturâ *g.* Rarissim.

8 Opera gentilissima et utilissima a tutti

li fideli Christiani la quale se chiama li Fioretti de misser sãto Francesco assimilativa a la vita et a la passione de Yesu xp̄o e tute lę sue sante vestigie, etc. In-4°.

In fine legitur: *impressi a Peruscia per magistro Steffano Arns de Hamborch correndo lo anno de la nativita del nostro signore Jesu Christo* M. CCCC. LXXXI. *adi* 11 *de Julio. Finis. Deo gratias.*

Habet signaturas, et character est gothicus. Prima editio prodiit Venetiis anno 1480; sed hæc ignota remansit, adeòque rarissima. Materiam et ideam suppeditavit Bartholomeo de Pisis pro *libro conformitatum.*

9 Iginii poeticon astronomicon, edente Joh. Santritter. In-4°. m. r.

In fine extant versus Joh. Lucilii in honorem Erhardi Ratdolt Typographi, qui terminatur sic: *anno salutis* 1482, *pridie Idus Octobris Venetiis.* Cum figuris et signat. Vide *Bibliogr. instr.* N°. 1973.

Huc usquè pro principe data fuit hæc editio, sed Venetiis apud dominum Schwaier tractavi

alteram anni 1474, in-4°., in cujus fine leguntur sex versus, quorum hi sunt ultimi :

Hinc Augustinus Bernardus impressit Alumnus.
Dum pius Alcides regna secunda tenet.
Roma suos spectet, Venetum que potentia libros,
Hos Augustini nobile vincit opus M. CCCC. LXXiiii.

Character est rotundus. Sunt lacunæ pro recipiendis figuris; absque signat., nec folia in columnas dividuntur. Augustinus Carnerius Ferrariæ hunc ergò impressit.

10 Il Driadeo compilato per Luigi Pulci. *Impressum Florentiæ per me Antonium Bartholomei Miscomini anno D.* 1481, *die primo Februarii.* In-4°.

EDITIO ORIGINALIS.

Extabat apud la Vallière N°. 3629, dicit Gian Donati *nella nuova editione di Haym in Milano* 1773, *pag.* 202, *hoc opus non esse Ludovici sed Lucæ Pulci*; sed pro editione primâ dat eam *anni* 1489. Infelici fortunâ deest primum folium in hoc nostro exemplari; pro cujus supplemento unitur ipsi altera editio *anni* 1513, *impressa etiam in Firenze da Piero Pacini di Pescia.*

11 Opus præclarum Sancti Thomæ de Aquino super quartum sententiarum. *Impendio Joh. de Coloniâ Nicolai Jenson sociorum summâ cum diligentiâ impressum anno* 1481, *octavo Calendas Julii.* In-fol. Goth.

Extant insignia Typographica et signaturæ.

12 Jo. de Turrecremata expositio brevis super toto psalterio. *Taurini Joann. Fabri* 1482 *die* 29 *Martii.* In-fol.

Ex charactere eleganti. Signaturæ in extremitate ultimæ sic imprimuntur, ut paginarum justificationi (ut aiunt) non noceant. Textûs Davidici verba, intra parentheses inclusa, sic in textûs decursu distinguntur.

13 Liber qui compotus inscribitur, unà cum figuris et commento. *Impress. Lugduni per magist Johan. Fabri Alamanum anno dom.* 1492, *die verò* 13 *mensis Februarii.* In-4°. m. r.

14 Le Compost ou Kalendrier des bergers. *Impr. Paris, Guy Marchant* 1500, *le* 10 7bre. In-fol. cum figuris.

15 Hartmanni Schedelii Nurembergensis doctoris Patavini medici chronicon mundi. *Anthonius Koburger Nurembergæ impressit duodecima die mensis Julii anno* 1493. In-fol. max°.

Cum figuris innumeris, quarum artifices fuere Michael Wolgemuth et Wilhelmus Pleydenwurff.

16 Divi Bernardi opus ad sororem de modo bene vivendi in religione christianâ. *Impr. Venetiis per Bernardin. de Benaliis* 1494, *die* 30 *mensis Maij*. In-8°.

17 Prologi Sancti Hieronimi in bibliam. In-4°. m. r.

In fine habet; *Parisiis in campo Gaillardo a Guidone Mercatoris : impressi anno milles. quadring. nonagesimo quinto duodecimo mensis Martii.*

18 Ortus sanitatis, translatés du Latin (de Jean de Cuba) en François, dans lequel il est traité des bêtes, oiseaux, pierres précieuses, plantes, reptiles,

poissons, etc. In-fol. Tomi duo, m. r. cum figuris.

In fine legitur : *cestuy present œuvre très licitement appellé le jardin de santé, translaté de latin en francois........ a été nouvellement imprimé à Paris pour Anthoine Verard marchand libraire*, etc.

Opus hoc nihil est nisi versio operis præcedentis pag. 10, N°. 22 ; de quo vide *Bibliogr. instr.* N°. 1555.

19 Homelie di Sto Gregorio Papa. *Impr. in Firenze* (*Morgiani*) *adi* 18 *di Agosto* 1502. In-fol.

Paiton, Tom. 2°. *degli auctori volgarisati*, de hac editione dicit pag. 177 : *di questa rarissima editione che fa testo di lingua una copia abbiamo veduta.*

Post subscriptionem sequitur folium unum indicis.

20 Belial en Francois nouvellement imprimé à Paris translaté de Latin (de Jacques de Theramo) en Francois par frere Pierre Ferget de l'Ordre des Augustins. *Impr. à Paris par Michel Lenoir le* 15 *Octobre* 1503. In-4° m. r.

CODICES MANUSCRIPTI,

Cum nonnullis libris precum etiam impressis.

1 Biblia sacra. In-fol. volumina tria.

Codex in membranis XII seculi. Quædam initiales auro et coloribus depictæ sunt. Forma eorum ingens, 22 pollicum altitudinis. Ratione correctionis, nitiditatis ac conservationis nihil potest desiderari in manuscriptis, quod non suppeditent hæc sacra volumina, quæ adhuc extant in antiquâ compacturâ.

2 Liber gradualis ad usum chori et Celestinorum de Marcoussy. In-fol. Atlantico. In membranis, Tomi duo.

Ex altitudine 28 pollicum. Prima pars constat 100 foliis, et secunda 126, cum suprà 30

picturis, non numeratis capitalibus mirâ arte optimisque coloribus delineatis, quæ exhibent flores, aves, variaque animalia.

In fine partis posterioris legitur : *septuplex hoc gradualium præclarissimum opus favore venerabilis in xto Patris Fratris Ludovici de la Baruett hujus Ambertine congregationis Prioris meritissimi; nec non labore vigiliis industria que Fratris Guilelmi Charmolue apud Marcossianum professi : anno domini millesimo quingentesimo quadragesimo ceptum feliciter explicit. Cujusquidem scriptoris parentum primum volumen mira est liberalitas elargita orate pro eis.*

3 Antiphonarium ad usum Canonicorum Regularium S. Crucis. *Parisiis perfectum et absolutum anno domini* 1695. In-fol. atlantico, in membranis.

Altitudinis 28 pollicum. Constat 128 foliis cum suprà centum picturis elegantissimis diversæ altitudinis, depromptis ex rebus sacris, aut ex floribus ac fructibus et animalibus. Hoc autem antiphonarium procedit ex bibliothecâ Celestinorum Aurelianensium, pro quo conficiendo sumptibus domus non pepercit; et picturæ permultæ depromptæ sunt ex originalibus celebrium pictorum.

4 Liber miraculorum dominæ nostræ stæ Mariæ. In-4°. m. r.

Codex membraneus. Incipit ab uno prologo, et miraculum primum narratur de Hildefonzo Archiepiscopo Toletano, et ultimum est de quodam Theophilo qui, mediante Hebræo Pactum, iniit cum diabolo quem adoravit, et ipsi de suâ mancipatione fecit cyrographum suo annulo signatum. Hic autem facti sui penitens, Mariam invocavit; quâ mediante cyrographus ipsi restitutus est:

Codex tredecimi seculi, optimæ conservationis.

5 B. virg. Mariæ vita et triumphus. In-4°. (*lettres de somme.*)

Codex elegans, membraneus, cum picturis et litteris deauratis, decimi quarti seculi; ex 22 foliis, absque ullo titulo, his incipiens verbis: *postea quam profl'igato ad calvariam;* cum his terminatur: *anno xti Imperatoris filii sui duodecimo mense Augusto.* Codex ille fuit olim Guilelmi de Dormans Meldensis et posteà Senonensis Archiepiscopi, qui obiit anno 1405, et posteà Roberti Brissoneti Cancellarii; legitur in fronte hujus: *reverendiss. in xto patri ac dño dño Roberto Brissoneto Archiepo duci Remorum primo*

Pari

Pari et Cancellario Franciæ dignissimo qui obiit anno 1497.

6 Elucidarius, qui est dialogus inter magistrum et discipulum de rebus ad scripturas sacras et ad doctrinam Christianam pertinentibus. In-4°. m. r.

Incipit his verbis : *sepius rogatus a condiscipulis meis*, et terminatur sic : *scriptor qui scripsit etiam gaudeat in excelsis.* Constat 60 foliis et in tres libros dividitur ; primus *de deo*, secundus *de ecclesiasticis rebus*, et tertius *de futurâ vitâ.*

Codex manuscriptus XIIIi. seculi, eximiæ conservationis, et completus : folia tamen in hoc compactoris inadvertentia transposuit. Auctor hujus est Honorius Augustodunensis ; de quo vide abbat. Lebeuf, *recueil sur l'hist. de France, Tom.* 1. *pag.* 254.

Multotiès impressioni deditum est opus præsens, et in varias linguas translatum : quod probant hujus indicis pars prima et pars secunda.

7 Antiphonarium vetus, cum notis perpetuis cantûs ecclesiastici.

Codex membraneus decimi quarti seculi.

8 Liber divine doctrine date per perso-

nam dei patris, intellectui loquentis gloriose et sancte virginis Katerine de Senis predicatorum ordinis conscriptus in ipsa civitate, etc. In-fol.

Codex chartaceus decimi quinti seculi. Optimæ notæ, ex charactere dicto *de somme*, ita singularis, ut primo intuitu haberetur pro uno tentamine Typographicæ artis. Licèt titulus Latinus sit, attamen scribitur opus in linguâ Toscanâ, et sub columnâ duplici.

9 Legendæ Sanctorum, quas compilavit Frater Jacobus natione Januensis, de ordine Fratrum Prædicatorum. In-fol. m. r.

Codex quarti decimi seculi, in membranis, optimæ conservationis, scriptus in *anciennes bâtardes*, quem etiam Carolus V Franciæ Rex dono dederat Fratribus Dominicanis Tricassinensibus. In fine legitur sequens *Epigraphe* :

Vitam sauuil } *la* *scoꝝ scripsit ī il* } *la*
Rotomagi u'il *b'nardo ꝑmanʒ il*
Ce fut fet en lan de grace

A mon sire. B. de brace
mil et trois cens t trente t cinc
Et a grant pene y auinc.

10 Missale secundùm usum ecclesiæ Romanæ. In-fol.

Codex membraneus elegantissimus cum permultis picturis et litteris capitalibus deauratis, et cantu Romano. Ex charactere majori quem *formæ* appellant; seculo 15to. scriptus.

Fuit gentis insignis *de Boulainvilliers*, ita ut recenseantur nativitates plurium ex hac familiâ, ab anno 1493 ad 1550.

11 Regula Sancti Augustini, quam pro militantibus sub suo nomine ediderat. In-fol.

Codex membraneus XIV^{i}. seculi; scriptus in *lettres de forme*; huic autem sequens annectitur:

Martyrologium Romanæ ecclesiæ.

Ex 34 foliis.

12 Tractatus varii historici et juridici celebrium illius temporis virorum in causâ Benedictum XIII inter et Gregorium

XII, de papatu contendentes, et circa unius et alterius electionem, in quibus varia puncta de electionibus discutiuntur, et schismatis ecclesiæ decimi quarti seculi circumstantiæ expenduntur. In-fol.

Codex nascentis quinti decimi seculi, in membranis, en *lettres bâtardes*.

13 Tractatus varii in unum volumen compacti, scilicet:

1°. Regulæ in omnes libros veteris ac novi testamenti.

2°. Epistola Martini Episcopi Scotti ad Milonem Regem, quæ continet formulam vitæ honestæ.

Hæc adhuc inedita est.

3°. Epistola Sancti Isidori de ordinibus sacris.

4°. Epistola Isidori Epi ad Massonem Episcopum de Clericis qui corporali delicto delinquunt, si restaurari possint?

5°. De septem miraculis manufactis. Brevis apostolorum vita.

6°. De indumentis Pontificalibus et sacerdotalibus, et mutationis eorum pro variis anni temporibus ratio.

7°. Observationes in Exodum.

Ad hujus calcem legitur : *Ambrosius.*

8°. Recapitulationes de Paradisi fonte ac fluminibus, et in quosdam libros veteris legis.

9°. Variæ variarum rerum definitiones, excerptæ ex auctoribus sive sacris sive prophanis.

Ad hujus initium legitur : *Hugo*, (forsan Cardinalis de Sancto Charo.)

10°. Meditationes Guigonis Prioris Carthusiæ. In-fol. m. v.

Et his clauditur volumen. Codex membraneus tredicimi seculi.

In orâ infimâ paginæ primæ legitur : *istum librum dedit rex Franciæ Carolus Vs. pro librariâ istius conventûs Trecensis ordinis Prædicatorum quicumque alienaverit, sententiam excommunicationis incurret ipso facto sicut apparet per litteras apostolicas, quarum tenor est in fine hujus libri*

scriptus. (Sed folium hoc sublatum est;) vide Gerlandum, No. 14 infrà.

14 Candela. (Opus Gerlandi Canonici Regularis Sancti Pauli Bisuntini apud Sequanos.) Codex membraneus. In-fol. m. verd.

Inter rectores scholarum ecclesiæ Bisuntinæ, id est, in capitulis ecclesiarum S. Joannis, S. Magdalenæ ac S. Pauli, seculis XI et XII, (quæ tunc magni erant nominis) Gerlandus aut Jarlandus præcipuum locum sibi vindicat; vix tamen hujus ad nos usque memoria transmissa est: *Garlandus primum erat caput scholarum ecclesiæ collegiatæ Sti Pauli, et erecta in regularem Sti Augustini anno* 1131 *primus in eâ prior fuit;* vide *indicem manuscriptorum Sti Benigni Divionensis*, qui prodiit anno 1621, sub nomine *bibliothecæ Janninianæ*, a nomine abbatis qui hunc typis mandari curavit.

Neque igitur confundendus cum Jarlando Episcopo in Siciliâ anno 1101, quem etiam Bisuntinum faciunt ecclesiastici scriptores. Vide Bollandistas ad *mensis Februarii diem* 25. *Candela* autem ad instar operum Burchardi, Yvonis Carnotensis aut Gratiani, fructus studii im-

mensi; est aggregatum textuum ac auctoritatum Pontificiarum, Patrum, conciliorum et auctorum ecclesiasticorum, methodicè et in 26 libros disdispositum, in quo recensentur ceremoniæ medii ævi, usus privati ecclesiarum ac ritus sacramentales. In eo et præcipuè libro IV°. fusè tractatur de investituris et jure principum in clericos; undè in hoc volumine texuit historiam usuum et rituum sui temporis, et propter hujus operis meritum Carolus Rex V^tus^. voluit illud in suâ bibliothecâ locum obtineat. Hinc ait Chiffletius *in editione operum Ferrandi*, *Divione* 1649, in-4°., *pag.* 323: *addo a Jarlando qui ante annos quingentos vixit, Crysopolitano Sti Pauli Canonico et præceptore scholarum.......... in candela quod opus de omni penè canonicâ et theologicâ doctrinâ ex antiquis collectum in sex et vigenti libros digessit.* La Monnoye autem in *Menagiana*, Tomo 2°., pag. 98, et Tom. VI novæ editionis Duverdier, et Echard *scriptores ordinis Prædicatorum*, *Tom.* 1°., *pag.* 189, adstruunt Gerlandi opus Coloniæ prodiisse anno 1527, in-8°., curis Joannis Justi Carthusiani sub titulo *Candelæ Evangelicæ*. Sed Neuter se librum tractasse affirmat, quo mediante comparationem cum manuscripto instituisset; undè valdè suspicor *candelam* hanc evangelicam aliud

esse a simplici *candelâ* Gerlandi : neque enim unum volumen in-fol., et quidèm ex charactere minuto ac abbreviato contineri valet in uno formæ in-8°., neque etiam hujus memorantur Petreius, Foppens et Harthzeim, qui fusè de operibus Joannis Justi disseruerunt. Codices autem hujus habentur *Divione* apud Sanctum Benignum, Parisiis apud S. Victorem, et apud Dominicanos S. Jacobi et Clarevallis. Abbas le Bœuf, *dissert. sur l'histoire ecclesiast. et civile de Paris*, *impr.* 1743, Tom. III, pag. 481, unum indicat apud Dominicanos Trecenses, qui fuerat olim Caroli V[i]. Regis; et est exemplar quod hìc recensetur, quod tamen 22 tantùm posteriores libros exhibet.

In parte superiori folii primi legitur : *istum librum quem dedit Rex Carolus libreriæ istius conventus Trecensis ord. Predicat. quicumque alienaverit sententiam excomtonis incurret ipso facto sicut apparet per litteras apostolicas quarum copia est in fine hujus libri scripta*; et in fine voluminis sequentia leguntur, ex autographâ et coevâ manu : *anno domini* 1375, *dedit istum librum pro libreria communi istius convtus Trecensis ordinis Predicatm illustrissimus princeps et dominus dominū Karolus dei gratia Francorum rex ad petitionem rēvdi in xto Patris dñi*

dn̄i fratris Petri de Vilieribus (*) *Episcopi Trecensis ac prædicti dm̄ni Regis confessoris et consiliarii tali pacto quod si quis ipsium a dicta libreria amoveat in pignore que vendat, accommodet vel aliquantùmcumque alienet, ipso facto pertinebit ad Episcopum Trecensem, ad Decanum et capitulum ecclesiæ Trecensis et ad Conventum Fratrum Prædicatorum Parisiensem: item faciens vel permittens alienationem dicti libri est excommunicatus, quarum tenor sequitur in hæc verba.*

Gregorius XI (**) *Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Carissi-*

(*) Petrus Campanus natus Villieribus propè Arcisium ad Albam, ordinem Prædicatorum ingressus apud Trecenses sub nomine Petri de Villieribus, a confessionibus Caroli V[i]. factus, deindè Nivernensis, et posteà Trecensis creatus est Episcopus anno 1375. Bibliothecam Dominicanorum extrui curavit manuscriptosque legavit; apud ipsos sepultus est, ejusque epitaphium extabat quod refertur apud Camusat, in *promptuario antiquit. Tricassinensium.* De eo legitur in *indice Bibliothecæ Regis Caroli V, ipsum huic principi dedisse bibliorum volumen.* Vide le Bœuf; loco suprà relato, pag. 462.

(**) Bulla faciens ad historiam litterarum sub Carolo V, et summoperè pro Trecensi civitate.

mus in xto filius noster Carolus Rex Franciæ illustris eximiâ devotione præclarus, clementiæ majestate sublimis, mansuetudinis gratiâ perfecte plenus, affluentiâ pietatis progenitorum suorum Xtianissimorum Regum Franciæ laudabili successione sequens vestigia......... nosque et Romanam ecclesiam matrem ut suam sic filiali studio reveretur et veneratur ut sincerâ cordis et animi puritate placeat............... ecclesias et personas ecclesiasticas sui regni super habens honore easque variis decorat privilegiis et jocalibus atque bonis; decet igitur........... exaltari............ Cum itaque Rex vero zelo devotionis motus aliqua jocalia seu reliquaria argentea et nonnullos libros ad usum hujus conventus domus ordinis Prædicatorum Trecensis......

Eidem conventui dederit adhuc et alia dare proponat cujus atque jocalia et bona ipsa data atque danda ibidem permanere et perpetuo conservari. Nos Regiis supplicationibus inclinati auth̄ōte. apostolicâ tenore presentium in virtute stæ obedientiæ et sub excommunicationis penâ qui contra inhibuerint præsentem facientes incurrent ipso facto............. inhibens nequis cujuscumque status, gradus ordinis vel conditionis existat. Hujus modi jocalia seu reliquaria argentea et libros sic per dictum Regem jam data aliaque per

eum danda alienare, impignorareque, aut alio modo distrahere presumat, nec id facientibus præstet auxilium, consilium, vel favorem nonobstantibus exemptionibus et aliis quibuscumque privilegiis ac litteris apostolicis, etc......... *datum Avinione quarto Kalend. Martii Pontificatûs nostri anno primo.*

Originale custoditur in deposito hujus Trecensis conventûs.

Nomen Gerlandi nusquàm apparet in toto codicis decursu, nec titulus aliundè cognoscitur quam verbis postremis : *explicit candela.* De Gerlando et ejus opere vide *Journ. de Trevoux* 1763, *pag.* 1317.

15 Petit traictié d'entre l'ame devote et le cuer lequelle s'appelle le mortifiement de vaine plaisance fait et composé par René Roi de Sicile duc d'Anjou, et par lui mandé et intitulé a tres reverend pere en Dieu l'arcevesque de Tours (Jean.........) lequel traictié fut fait en l'an mil quatre cent cinquante et cincq, et s'en commence comme cy apres sensuit. In-fol. m. verd, doublé de tabis.

Codex membraneus XV seculi; ex charactere quem vocant *lettres bâtardes* et *lettres tourneures en or*; constat 42 foliis cum octo figuris; altitudinis quatuor pollicum: in modum dialogi scribitur. Siciliarum Rex Renatus Andegavensis ab Alphonso victus et e regno suo pulsus, in Provinciam secessit, ibique ab anno 1444 artium Patronus ac litterarum, (sicut norunt litterati,) propriis ipse manibus depingebat, opusculisque suis miniaturas adaptabat, et quidem tunc temporis elegantes. Hujus autem generis esse præsentes suadent propria dicti regis insignia, ac pictura 5ª. quæ exhibet figuram castelli *de ovo* in Neapoli, in quo ab Alphonso obsessus fuerat Renatus; quam obsidionem in hac etiam figurâ adumbrasse videtur. E vivis igitur nundùm excesserat Renatus anno 1455.

16 Felicis Hemerlin (Malleoli) de balneis naturalibus quid sentiendum dissertatio.

Antidotarium Nicolai.

Observationes Joh. a sto Amando in Nicolai antidotarium. In-fol.

Prima pars codicis chartacea est et secunda

ac tertia in membranis. Ex scripturâ quinti decimi seculi.

Libellus Hemerlini (qui fuit auctor variarum oblectationum et de origine Switensium, de quo vide suprà in hoc indice) de balneis seu fontibus calidis, præsertìm de Solodurensibus, et Bononiensibus; penitùs huc usquè ignotus remansit, etiam Hallero in suâ *Bibliothecâ Helveticâ*. In hoc describit aquas Thermales, quarum originem investigat; et optandum foret typis mandari pro bono naturalis historiæ; nec minori merito apud litteràtos gauderet cæteris ejus operibus. Antidotarium verò sæpè typis mandatum habetur. Nicolaus ille Salernitanus erat; de quo videri potest Fabricius *biblioth. græcâ Tom. XIII*, et biographos Napolitani Regni. Quantùm verò ad Joh. de sto Amando, auctor est Gallus in patriâ suâ vix nòtus.

17 Poeme sur la passion de J. Christ. In-fol. velours.

Codex 15ti. seculi membraneus, scriptus in *lettres de sommes*. Ex 35 foliis, cum 40 picturis et arboribus genealogicis Patriarcharum, mundi ætatum, vitiorum et virtutum. Hujus auctor est Nicolaus Veronensis, qui opus hoc et volumen obtulit uni e principibus domûs de

Gonzaga, sicut testantur insignia hujus gentis. Nomen auctoris in fine sic legitur:

Seignour vous che aves oie et entendue
La passion de Dieu che vous est manteue
. . . .
Jusquement a cist pont ceste couse a esponu
Nicolais Veronois e pour rime etendue
Mes de cist feit n'est plus de lui rime vue
Pour ce plus n'en dirai fors che ala departue
Jhu vous bencie che en bien fer nous argue.
Amen.

18 Le livre de l'ordre de tres chretien Roi de France Loys unzieme a l'honneur de St Michel. In-4°.

Codex quinti decimi seculi membraneus, eximius et elegans (*en écriture bâtarde.*) Exhibet autem statuta ordinis Sti Michaelis a Ludovico XI instituti, et si originalis non est, saltèm coevus est.

Præmittitur miniatura una quinque pollicibus alta, elegans et exhibens Regem in throno sedentem, cum sceptro et manu justitiæ et circum adstantes equites, cum vestibus et apparatu ordinis.

19 Le doctrinal de noblesse. In-4°. m. verd.

Codex membraneus, optimæ notæ decimi quinti seculi, cum litteris pictis et deauratis; ex 146 foliis. Opus prosaicum et metricum. Folio 129 legitur: *et par ce dernier chapitre vous baille conclusion finale de ce présent traitié nommé doctrinal de noblesse fait, compilé, composé et entierement accomply en la maison de Bonaventure scituée en la noble cité de Mets, le quinze jour de May l'an* M CCCC *quatre vings unze qu'il plaise aux lisans et assistans a la lecture qui trop y trouveront a corriger et remedier prendre et recevoir son contenu en bonne part.*

Codex præsens fuit olim familiæ Paperel antiquæ apud Metenses.

20 Manlii Severini Boetii opus de disciplinâ scholarium. In-4°. v. br.

Huic annectitur *tractatulus de sphærâ.* Codex membraneus decimi quinti seculi.

21 Senecæ epistolæ cum commentariis. In-4°.

Codex chartaceus decimi quinti seculi.

22 Le gouvernement des Rois et des autres Seigneurs de quelconque Seigneurie qu'ils soient fondés selon ce que Aristote l'escript et envoya au bon Roi Alexandre. In-4°. m. citron.

Manuscriptum hoc clauditur epistolâ unâ Sti Bernardi, sic : *cy s'ensuit l'espitre que monsieur Saint Bernard fit pour l'estat et gouvernement de bonne maison et a toutes gens de bien laquelle il envoya a Messire Raymond du Castel chevalier, translatée de Latin en Francois commençant le Latin glorioso et felici militi Raymundo.*

Initio unius et alterius extat pictura exhibens translatorem porrigentem suam versionem Regi Galliæ et Sto Bernardo Clarevallensi, folio sexto extat prologus in quo sic legitur : *le prologue d'un autre docteur appellé Philippe, qui translata cest livre en Latin* (du Grec d'Aristote) *et fut fils de Patojs et fut très saige interprete et entendant de tous langaiges*, etc.

Et in fine prologi hujus : *et depuis a la requeste du très noble Roy, en grand etude et en tres grant labour je translatay cest livre de Grec en Caldée et depuis en langue Arabique lequel livre fut le très saige Aristote.*

Rex

Rex autem cui Philippus ille dicavit præsens opus, erat Galliarum Rex, quia in picturâ exhibetur sedens in throno cum sceptro et lilio. Carolus autem V^{s}. curavit Aristotelis ethicam in Gallicum idioma transferri per Nicolaum Oresme. Vide suprà, ad annum 1488.

In catalog. la Vallière eadem translatio legitur sub alio nomine : *le livre des bonnes mœurs.* Hujus autem redactor legebat Philippum hunc fuisse filium *Paridis.*

Codex in membranis XV^{i}. seculi, scriptus in *anciennes bâtardes*, capitales auro et coloribus depictæ sunt.

23 ΟΝΟΞΑΝΔΡΟΝ ΞΤΡΑΘΗΓΙΚΑ. In-4°. veau antique doré.

Codex ille Græcus decimi quinti seculi, 140 foliorum, ex chartâ Constantinopolitanâ, undè asportatus est et legatus Cardinali Granvellano ; insignis est, et optimæ conservationis. Norunt litterati codices Mss. Onosandri de scientiâ militari esse rarissimos. Hujus autem in principio extant insignia Cardinalis Perrenoti, cum hac voce : *durate.*

24 Grammatica Latina. In-fol.

Codex chartaceus decimi quinti seculi. Opus illud est ex genere partis secundæ editionis quam

anno 1468 Petrus Schoyffer prælo subjecit. In fine illius legitur : *explicit grammatica ista finita et perfecta est per me Johez Frantz Baete uxoratū Heydelbergæ* 19 *Kal. Septembr. an. dom.* 1471.

25 Maphæi Oratorum sua ætate principis disputatio inter solem, terram et aurum. In-4°.

Codex partìm membraneus et partìm chartaceus. In ejus fine legitur : *explicit Deo gratias* XXVIII *Julii anni dom. millmi*. IIIIc. LXX (1470) *per me Fauche.*

26 Marci Tullii Ciceronis Arpinatis consulisque Romani ac oratorum maximi ad Marcum Tullium Ciceronem filium suum officiorum liber. In-4°.

Codex chartaceus et membraneus 15ti. seculi, in cujus fine legitur : *præsens Marci Tulii Ciceronis clarissimum opus Lazarus de Montelon Parisianus in decretorum venerand. facultate tunc temporis studens feliciter effecit finitum anno dom.* MLXXVI (*omissis centenariis*) *vigesimâ quintâ mensis Augusti die.*

Huic annectuntur Flacci Persii satyræ cum notis, in cujus fine legitur : *explicit Persius per me Lazarum*

de Montelon anno M°. LXXVI *nona mensis Maij.*

27 Dialogue de Lucien intitulé Toxaris ou l'amitié, traduit de Grec en François. In-4°. m. v.

Codex membraneus; elegantis scripturæ (*en écriture bâtarde*) et optimæ conservationis, seculi XVi.; ex 52 foliis.

28 Virgilii Maronis Æneidorum libri XII. In-fol.

Codex chartaceus, politus et elegans, 15to. seculo scriptus, ex charactere *de somme*, ut aiunt.

29 Le roman de la rose commencé par Guillaume de Lorris et continué par Jean de Meun dit Clopinel. In-fol. parvo, velours violet, et fermoirs en cuivre doré.

Codex in membranis ex charactere dicto *bâtarde ancienne*, 14ti. seculi, venustus et elegans, cum innumeris figuris deauratis, et pictis etiam litteris. Constat 183 foliis. In columnam duplicem paginæ dividuntur, et sic terminatur:

Cy fenist le Roumans de la rose
Ou lart damours est toute enclose.

30 Le codicille de Jean de Meun (qui acheva le roman de la rose.) In-fol. veau brun.

Codex membraneus decimi quinti seculi scriptus in *anciennes bâtardes*, cum picturâ unâ et litteris capitalibus deauratis. Optimæ notæ est præsens codex. Hoc enim comparato cum editione abbatis Lenglet Dufresnoy, præter variationes innumeras et singulares, supra centum versus refert omissos in editione dicti abbatis. Paginæ in columnas non dividuntur, et in fine legitur : *explicit le testament* (scribere debuisset *le codicil*) *Maitre Jehan de Meun.* Constat 75 foliis ; fuit olim domini Claudii de Ruffier.

31 Leonardi (Bruni) Aretini epistolæ quas ab anno 1405 ad annum usque 1440 scripserat. In-fol. parvo.

Codex membraneus litteris quadratis decimo quinto seculo in italiâ exaratus, elegans et optimæ notæ. Norunt litterati omnes meritum harumce epistolarum doctissimi hominis, quarum collectionem edidit Abbas Mehus *Florentiæ anno* 1741, sed nonnullas exhibet præsens codex, quæ aut eruditissimum editorem fugerunt, aut ampliores sunt.

32 De primo bello punico. In-4°.

Cui adjungitur sequens :

Leonardi Aretini commentarium rerum Græcarum ad splendidissimum Angelum Akakolum (Acciajoli) Florentinum.

Codex membraneus 15^{ti}. seculi scriptus, charactere rotondo, in Italiâ. Primum opus incipit: *vereor*, et secundum *animadverti*. Licèt primum non appellet auctoris nomen, reipsà tamen pertinet etiam ad Leonard. Bruni Aretinum. Abbas Mehus qui Florentiæ anno 1741, ejus vitam ac epistolas de novo edidit, utriusque operis permultos recenset manuscriptos codices, dicitque primum opus prælo mandatum fuisse Brixiæ anno 1498, et Parisiis anno 1512; et utraque editio sub Polybii titulo *de primo bello punico Leonardo aretino interprete*, etc.

33 Marci Catonis Uticensis; Pyrrhi Epirotarum Regis, Pauli Æmilii, Quinti Sertorii, Demostenis, Marci Antonii, Tyberii Grachi, Caij Gracchi, M. Tullii Ciceronis vitæ e Græco Plu-

tarchi in Latinum factæ per Leonardum (Bruni) Aretinum. In-4°. m. v.

Codex membraneus 15. seculi, ex charactere rotundo in Italiâ scriptus, elegantissimè et eximiè compactus; cum litteris auro et coloribus. Abbas Mehus qui recensuit opera Bruni et vitas quas e Plutarcho vertit in Latinum, non novit vitam Ciceronis, quæ tamen in hoc manuscripto ipsi tribuitur.

34 Æneæ Silvii Piccolominei (posteà Pii Papæ II) S. R. E. Cardinalis Senensis de origine Bohemorum ad Alfonsum Aragoniæ Regem. In-4° m. verd.

Codex chartaceus 15ti. seculi, in cujus fine legitur: *per Gerardum Colonie Clericum scriptus. Deo gratias.*

35 Les chroniques de la Bouchardiere, divisées en VI livres, ayant pour auteur Jean de Courcy chevalier Normand qui les commença en 1416, et mourut à Caudebec, au mois d'Octobre 1431. In-fol. max°. Tomi duo. velours verd, fermoirs et angles en cuivre doré.

Nomen *de la Bouchardiere* habuit chronica hæc, ab uno dominio dicto *Bourg-Achard*, quod fuit familiæ de Courcy in diæcesi Rothomagensi. Disquisitio de auctore et descriptio ejusdem generis manuscripti habentur *catalog. de la Vallière* N°. 4061, undè eamdem transsumpsit *catal. biblioth. elegantiss. Parisinæ*, apud Edwardtz Librarium Londinensem, anno 1790.

Præmittitur operi prologus auctoris, ubì exhibetur ejus nomen et ipsius ætas; et cum folio tertio incipit liber primus chronicarum, cui præmittitur pictura una alta ad minus octo pollicum, sicut sequentes. Hæc autem exhibet arcam Noe et iconographiam urbium Argos et Athenarum ac unius exercitûs belligerantis.

Fronti libri secundi alia, mæniis exhibet exercitum Trojanis subjacentem, unà cum Priamo, ex unâ parte, et Helenam cum Paride ex alterâ equitantibus; tertio verò libro præmittitur altera, in quâ inspicitur origo seu constructio urbium Venetiarum, Cycambri, Carthaginis et Romæ; et cum tertio libro clauditur volumen primum.

Fronti verò secundi et quarti libri videtur Babylon et constructio turris quam Nembrod armatus Giganteo more aspicit, et in superiori parte extat pater æternus cum angelo uno alis

et manibus extensis. Liber quintus et figura quinta exhibent Alexandrum throno sedentem; et juxta ipsum Reginam unam et ex alterâ Euridicem Philippi Macedoniorum Regis matrem, aspicientem e throno suo filios Alexandrum ac Perdiccam, haurientes cupam veneno plenam.

Tandem liber sextus sextaque figura referunt Antiochum Jerosolimitanam urbem obsidentem, et clauditur sic volumen secundum, cum 43 capite, licèt in præmisso indice 42 tantum designati fuerint, undè perfectum ac completum est.

Nihil elegantiùs his sex picturis pro eo tempore potest desiderari: mirum ergò non est abbatem Rive in suo *prospectu picturarum antiquarum* unam ex his selegisse.

36 Breviarium Romanum secundum usum ordinis Sti Francisci. In-8°. Tom. duo, veau.

Codex membraneus 15[ti]. seculi optimæ conservationis. In profesto cathedræ Sti Petri legitur: *Deus qui beato Petro collatis clavibus regni celestis animas ligandi atque solvendi Pontificium tradidisti*; in quo discrepat a breviario Romano hujus temporis, in quo sublata est vox *animas*.

37 Horæ beatæ mariæ virginis secundum usum Romanum sine require. In-8°. in membranis. Cum figuris ligno incisis, veau.

Folio primo recto apparent insignia Typographi aut librarii, et circum ea legitur: *pour provoquer la grant misericorde de tous pecheurs faire grace et pardon; Anthoine Verard humblement te recorde ce qu'il attient de toy pardon.*

Singulare habet hæc editio quæ prodiit vergente ad finem 15to. seculo, quod figuræ omnes sint allegoricæ ad varios vitæ humanæ status, quorum nomina etiam inciduntur ac appellantur. Auro et coloribus *lettres tourneures* decorantur.

Horæ autem præsentes pertinuerunt ad familiam de Paulin et de la Cortade: huic enim insunt nativitates plurimorum hujus familiæ ab anno 1557 ad annum 1631.

38 Horæ in laudem beatissimæ virginis Mariæ secundum consuetudinem ecclesiæ Parisiensis. In-8°. m. r.

In fine legitur: *achevées d'imprimer le* 22me. *jour d'Octobre* 1527, *par maître Simon Dubois*

imprimeur pour maistre Geofroy Tory de Bourges, qui les vend à Paris à l'enseigne du pot cassé.

Paginæ omnes ornantur floribus, animalibus et viticulis.

39 Heures a l'usaige de Romme tout au long sans rien requerir, avec les figures de la vie de l'homme : et de la destruction de Hierusalem tout pour le mieux. *Imprimées à Paris par Gillet Hardouyn imprimeur demourant au bout du pont Notre-Dame.* In membranis. In-4°. v. historié et antique.

Harum quævis pagina horarum gaudet figuris ligno incisis; et litteræ omnes initiales auro et coloribus ornantur, miniaturæ verò sunt numero 44.

Ex coperturâ et insignibus folio ultimo verso depictis concludi posset horas præsentes fuisse olim in usùm Catharinæ de Medicis.

40 Heures a l'usaige de Rome tout au long sans rien requerir *qui ont été imprimées a Paris ꝑ Gilles Hardouyn libraire demourant au bout du pont Notre-*

Dame, pour Germain Hardouyn libraire, etc. In-4°. in membranis, cum figuris ligno incisis, velours violet.

Præsens volumen prodiit initio 16ti. seculi; et ex charactere dicto *bâtardes*: sed præter figuras ligno incisas, sunt etiam 24 miniaturæ et litteræ initiales dictæ *tourneures*.

41 Les heures de Notre-Dame a l'usaige de Rome sans requerir. In-8°. in membranis, cum figuris.

In fine legitur: *furent achevées le X jour de Novembre mil cinq cent et huit pour Anthoine Verard libraire demourant a Paris.*

Habet 20 picturas cum plurimis litteris principalibus et alteris dictis *tourneures*.

42 Hore intemeratæ virginis Mariæ secundum usum Romanum cum pluribus orationibus tam in Gallico quam in Latino. In-8°. in membranis, cum figuris. m.

In fine legitur: *ces presentes heures a lusaige de Rome furent achevees le premier d'Octobre* 1505

par Guillaume Anabat, imprimeur a Paris rue St. Jean de Beauvais, pour Germain Hardouin libraire.

